quando uisis piorum atq· scorum similia pleraq· narran
tur; Quorum exempla si commemorare uoluissem·
tempus mihi potius quã copia defuisset; In dni
misericordia uegeteris domine beatissime & uenera
bilis & desiderabilis frater; EXPLIC AD EUUODIUM
ITẼ ALIA CUIUS SUPRA AD QUẼ SUPRA DE RATIONE
ET DÕ· DE CORPORE DÑI· ET DE UISIONIB· SOMNIORUM
XXVII Domino beatissimo & uenerabili fri· & coepo sco euuodio·
& tecum frib· augustinus & mecũ frs in dño salutem;
Multa queris ab homine multum occupato· & quod est
grauius ea putas precipitari debere dictando· que tam sunt
difficilia· ut cum magna diligentia dictata uel scripta
uix pduci possint ad intellectum· etiã taliũ qualis ipse
es; Huc accedit· quia non tu & tales tantummodo co
gitandi estis lecturi esse quod scribimus· sed utiq· & illi
qui minus acuto minusq· exercitato ingenio praediti·
eo tamen studio fruuntur ad cognoscendas litteras nras·
siue amico siue inimico animo ut eis subtrahi omnino
non possint; Ista cogitanti· Cernis quanta cura in scri
bendo ee debeat· praesertim de rebus ita magnis ut in eis
& magni laborent; Si autẽ cum aliquid in manib· habeo·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_209/0231

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG